

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 4166

**Auteur(s) :** Louis IX, France (roi)

**Bénéficiaire(s) :** Asnières-sur-Oise, Notre-Dame de Royaumont (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1248, juin

**Lieu d'émission :** Asnières

**Action juridique :** autre

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Louis [IX], roi de France, concède les biens de l'abbaye de Royaumont et accorde à l'abbé et aux moines de ladite abbaye de posséder les revenus dont la valeur ne dépasse pas 1 000 livres par an. Le roi leur cède également le manoir de Vallis Pendentis.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi*, Caen, Hardel (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, n° 1181, p. 324.

Texte établi d'après a

In nomine sancte et individue Trinitatis, amen. Ludovicus, Dei gratia, Francorum rex. Notum facimus, tam presentibus quam futuris, quod nos, pro salute anime nostre et anime clare memorie Ludovici, quondam regis Francorum illustris, genitoris nostri, et anime karissime domine ac matris nostre, Blanche, regine Francorum illustris, necnon et animarum omnium progenitorum nostrorum, concedimus abbatie nostre Regalis Montis et abbati et monachis ibi Deo deservientibus quecumque ipsi de feodo nostro sive dominio vel censu nostro in terris, vineis, pratis, nemoribus, fontibus, domibus, pascuis sive aliis quibuscumque possessionibus vel rebus aliis, titulo donacionis sive emptionis, sive ex legatione testamentorum, vel quocumque alio modo, ex elemosinis, a baronibus, militibus, clericis et laicis sive a quibuscumque personis, usque ad presentem diem acquisiverunt, in manu mortua im perpetuum possid[enda]. Pre]terea concedimus eisdem ut quecumque in futurum usque ad valorem mille librarum annui et perpetui [redditus], de feodo nostro sive dominio sive censu, aliquo predictorum modorum, poterunt acquirere, in manu mortua [similiter] im perpetuum possideant, salvo jure alieno, et salvis censibus, justiciis et aliis redditibus quos [habemus in rebus quas] acquirent, et excepto quod nos possint acquirere in civitatibus et castris nostris nisi [unam domum] ad usus proprios in qualibet civitate vel castro. Concedimus eis insuper in puram [elemosinam do]jum nostram sive manerium Vallis Pendentis cum pascuis territorii ejusdem, ita [quod in dictis] pascuis usque ad quadringintas oves ab eisdem monachis libere et quiete [mittantur, salvo] jure alieno. Preterea, cum predictam abbatiam fundaverimus et dotaverimus [de propria] hereditate nostra, volumus et presenti privilegio duximus firmiter statuendum, ut predicta abb[atia sub custodia et] defensione nostra et omnium regum Francorum, heredum nostrorum, immediate maneat im perpetuum, [nunquamque] temporis territorium in quo sita est abbatia ad alterius dominium casu aliquo [veniat ; sed] prefata abbatia cum omnibus bonis suis sub custodia et protectione nostra et omnium regum [quicumque] fuerint, sicut predictum est, immediate semper consistat. Que omnia ut perpetue stabilitatis rob[ur obtineant], presentem paginam sigilli nostri auctoritate et regii

nominis caractere inferius annotato fecimus communiri. Actum apud Asnerias, anno Incarnationis dominice M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> quadragesimo octavo, mense junio, regni vero nostri anno vicesimo secundo, astantibus in palacio nostro quorum nomina supposita sunt et signa : dapifero nullo ; signum Alphonsi buticularii ; signum Johannis, camerarii ; constabulario nullo. Data, vacante cancellaria.